

actū, et facta est illa quasi aqua in actū
habens duo lumina, sicut uidemus So-
lem habentem duos radios super cīne-
re mortuo pluentes, & reuiuiscit, quod
fuerat morti deditū, sicut mortuus post
inopiam magnam. Hęc est soror, & hic
est frater eius, per quem indurauerunt,
& desponsauerunt subtilitate præpara-
tionis, figentes eos. Sed postquam facta
est conceptio, uolare fecerunt, & fuerūt
in domibus montiū, hoc significat cre-
scenti Luminari, Lunam crescentem,
& aues duas ex ea.

Respice igitur præparationem eius
prīmam, & cogita hoc & Solem, & So-
les duos, hoc est utilia ex tribus, & tres
comparationes rubeum habētes splen-
dorem, Quatuor, si sunt ex quinqꝫ, quæ
non impellunt, & tria ex duobus su-
muntur, et Sol et Soles duo, non ascen-
dunt.

Triplex est anima huius proiectio-
nis, uirtus superioris et inferioris est si-
milis. Dixit uero Hermes. Corona sa-
pientum, facta est residuū huius aquæ,
quæ non permittit rem in aquam, sicut
tenebrae,